

Ann. V.

Num. XVIII.

VOX URBIS


DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSIAVIE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.
NEW YORK
52, Barclay Street.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost et S. Rituum Congr.
Typogr.

RATISBONAe in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

DE MATORANDO FOEDERE LATINE LOQUENTIUM	I. Tasset.
DE INGENIUS ARTIBUS CHRISTIANO MORE EXERCENDIS	I. Antonelli.
LATINAe ADNOTATIUNCULAE. De vocibus <i>sinistra</i> , <i>laeva</i> , <i>dextra</i> ... ad auspicia attinentibus, apud Vergilium, aliasque romanos scri- ptores	A. Allaria. A. Bonuccelli. H. Doswald. H.D.V. Pieralice. Senior. Fr. Xav. Reuss. F. Carinthiacus.
AURI CONTEMPTUS	A. Costaggini. G. P. Propoplicola. Scriba. Fr. Palata.
EX AMERICIS. De Catholicorum magistrorum Washingtonensi coetu. TIBURTINUM ESTENSE	
DE « SYMBOLISMO »	
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE	
PAUCA DE FLORIBUS ALPINIS	
RICHARDUS WAGNERIUS DOMI	
NUPERAE IN INSULA Creta EFFOSIONES	
ANNALES	
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	
AENIGMATA	

In secunda operculi pagina:

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII
AD EXPLETUM ANNUM MCMI.

In tertia operculi pagina:

VARIA. - IOCII P. d. V.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

ROMA E

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGLIANI

35, Via della Pace

MCMI

AD MAGIS MAGISQUE

“VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM AUGENDAM

NOVA INDICTA EST SUBNOTATIO

A KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII

(NUM. XIII-XXIV).

UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sch. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2 $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius consociationis ratione frui volunt, nulla interposita mora, *nomen suum cum pretio recto tramitemittant ad*

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARII “VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

In Italia
Lib. 15, N.

DE MATORANDO

IACOBUS TASSI
RALICE s. d.

NON solam verecundiam a gravibus viris et officiis plenius tellexi te velle quam tu collegi tamini. Huic a studeam, tecum gis praeesse noscriptionibus vestris *Provecta Latinis*, quanta sit doctri disciplinae defec auctus gratia et quam me rogare v

Multi nobis lae, romano paditi, in societate utentium per totum firmandam votis *Tusculanum Phil* collegium, re licet magnitudinem propria nullorum iamdiu Iacobae Chilensis XIII omne bacenses Epistolam Saxonia curante, latinas litteras, quamvis egregii sapientis patens sibi futurum summa deest auctoritas.

Quare agite, Quiporis romani iaceant Patagonia aut in Hreecti etiam capitales cietatem finibus locis sit propositum seporis usum deducere generi commodum.

Foedus ad epistola Tabellarium gentes.

(1) Cfr. an. V, num. 1.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 $\frac{1}{2}$.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE MATERANDO FOEDERE LATINE LOQUENTIUM.

IACOBUS TASSETIUS HYACINTHO DE VECCHI PIERALICE s. d.

NON solam voluptatem ex tuis litteris (1), sed verecundiam percepit, quum quia laudari a gravibus viris insolitum mihi, periculorum et officii plenum videtur, tum quod partem intellexi te velle a me suscipi in ea re maxima, quam tu collegaeque tui ingenti animo meditamini. Huic autem consilio, quamvis assidue studeam, tecum tamem cum prudentibus collegis praeesse nolim, quum ita sim, perfectis scriptionibus vestris, perpensaque Petri Angelini *Proiecta Latinitate*, latinitatis ipse gnarus, ut quanta sit doctrina vestra, quantusque meae disciplinae defectus, probe intelligam. Attamen auctus gratia et voluntate vestra, sententiam, quam me rogare videris, dicam plane et breviter.

Multi nobiscum, terrarum multarum incolae, romano pariter ingenio cultuque praediti, in societatem cunctorum sermone latino utentium per totum orbem uno regimine confirmandam votis cogitatisque conspirant. Sie *Tusculanum Philadelphiae*, artium romanarum collegium, re licet nondum stet, propter ipsam magnitudinem propositi, voluntate tamen non nullorum iamdiu aedificari animis coepit. Sic Iacobae Chileni Academiam, faustissimo Leonis XIII omni dictam, instituere. Prorsus Limbacenses Epistolarii, Voldemaro Lommatio in Saxonia curante, late viis tabellariis diffundunt latinas litteras. Variis autem illis coetibus, quamvis egregii sint, et immensus, si sapient, patens sibi futurum prospiciant, haec tamen summa deest auctoritas, quae unius Romae est.

Quare agite, Quirites, quum sopiti nuper corporis romani iacentia orbi membra moveri in Patagonia aut in Herynia videtis, signa exercesti etiam capitis date. Vocate gentes ad societatem finibus legibusque latissimam, cuius sit propositum servare, augere, ad nostri temporis usum deducere sermonem latinum humano generi commodum.

Foedus ad epistolas commodius preferendas *Tabellarium* gentes ante hos XXV annos inie-

runt: quidni iam sermonis societas communigenium consilio oriatur? Europaeam vulgo dictam « culturam » esse natura sua romanam nemo sapiens negat. Europeos colonosque suos, licet sexcentis ex nationibus ortos, at disciplina, legibus, longa maiorum serie, gestis denique propriis Romanos esse recentiores, manifestum euilibet exploranti prodit. Romanos sermone suo urbano, perfecto atque constanti, ut interesse expedire, ratio, rerum cognitio, multorum saeculorum experientia, interna externaque exempla docent. Nihil porro directius ad hoc pertinet quam foedus latine loquentium. Ergo ubiunque plures adsint sermonis latini cultores, *urbi et orbi*, convenient et saepius colloquuntur: sic conventu diurno atque universali nascetur ad pronuntiationem

usus,

Quem penes arbitrium est, et ius, et norma loquendi.

Tu vero, Hyacinthe mi, qui plurimis viribus tuis uti potes, voca contionem collegarum, alloquere familiares tuos, fautores nostrae rei, prudentesque omnes, et eura cum illis, ut renascentis illius foederis Latii caput Romae continuo surgat. Vale.

Vox Urbis, quae annum iam quintum, operam et laborem difficillimum ad rem ab humanissimo socio suo hodie agitatam non sine magna mercede confert, ipsius Iacobi Tassetii verbis plaudit ex animo. Sed tamen duo haec obiicere audet: Ecquid amplius sibi agendum, ut foedus per commentarium suum latius in dies constituantur? Ecquid denique cavendum, ut propositi summa, si non omnium doctorum, at certe plurimorum fiat? — Hoc enim persuasum habet et candide, quamvis aegre, fatetur, singularem latini sermonis imaginem animo et cogitatione a se conceptam haud satis per orbem inter eruditos communem haberi; apud eos praesertim — idque summopere dolendum —, quibus magis cordi esse deberet.

Argumentum profecto dignum est animadversione subtili, gravique disceptatione; quam cum indicimus et liberam in commentario nostro constituimus, certiores volumus socios omnes, eosque qui incoptum nostrum benevolentia prosequuntur, nos in primos ordines continenter ituros, neque ab agmine nisi fractos recessuros.

DE INGENUIS ARTIBUS

CHRISTIANO MORE EXERCENDIS (1)

Scripturo iterum de ingenuis artibus praebet argumentum aetas. Iamvero dum viri omnes ac res in unum tendunt, ut ditionem hominum statum beatoremque vitam faciant, in idem etiam cogere artifices non pauci praesumunt. Poetam invocant plures, qui veluti divinus augur novae humanitatis carmina dicat properetque versibus fata. Cupiunt eidem esse fratres milesiarum fabularum scriptores; pietores atque sculptores hortantur ut eadem mente fingant formas, musicisque modis, qui calleat, ut molliat animos, ut erigat in novas spes volunt. Optima ista quidem, sed non per fas et nefas quaerenda; neque improbandum quidquid flexam per viam forte procedat, dummodo non iniquam, non impiam, dummodo floridam, aulentem, iucundam.

Non iterem, aedopol, questus sacerdotum pulehrarum rerum ineptos, qui se autumant quasi divinam inter barbaros cives vivere vitam: vivant illi, dum liceat, legibus soluti, quoque saltem alienas res non diripiunt, vel armata manu in civem impetum faciant. Pulchri enim huiusmodi experimenta libere aggredi vigiles urbani non sinent. Sed palam contra teneo artifici munus non esse conlatum ut singulos vitae eventus perscrutetur oculis, redditque verbis aut coloribus, ut erigat omnes miseros, ut humiliores hortetur ad conserendas manus. Faciat quidem si lubet, atque si pulchre fecerit, plausus operis iure excipiet: at si alias egerit, non ideo sanus labor eius censendus est, neque aberrans ab officio quod in communitate vivendi ille gerit.

Commerciis nimium late proiectis, vel incuria omnium rerum nisi pecuniae, factum puto ut tangere manu bona, ut igni probare et tamquam examinare studeamus, nihilque iam sit in pretium quod certis nummis non veniat. Inde equidem natum novissimum hoc agmen magistrorum, qui praedicant ipsis artificebus omnem lapidem esse movendum, ut commune bonum provehatur.

Sed res omnino e diametro sese habet: singulis enim ingenuis artibus sunt certi modi certaeque vires et lacerti, quibus utamur ad vitam. Litteris, puta, exercendis, quoniam de his melius loquimur, rerum per philosophiam cognitione praecedat oportet, historia praebeat res, suppedit opem naturales disciplinae. Quo fit ut privatae vitae quasi diurna enarratio litteris et maneat simul, simulque earum opera commutetur vivendi genus: in orbem mutan-

(1) Cf. num. XIV.

(1) Cfr. an. V, num. XIV.

tur undae quae ex populo ad artifices, ab artifice ad populum fluxae redeunt. Nihil igitur obstat quominus scriptor ad populares descendat, exque eorum moribus quid mox scribat seligat; at lubet etiam vagari per aethera, per abaeta tempora remeare, latebras terrarum enarrare divino afflatu musarum: alterutrum si fecerit par opus erit pariterque civibus salubre. Utrumque genus itaque scribendi communitati aptum censeo, primum vero populare melius dixerim. Ut autem sit christiano viro probatum, oportet illud ad ea quae sunt spiritus non fracto volatu suspicere, aeterna semper quodammodo intueri, dum percutit manus marmor. Dum contendimus enim de pulchri atque recti praecceptis, terrenarum rerum caelestiumque pugna agitur; cuius impio studio recens omnia negata sunt, quae oculis subiecta non sint. Quapropter si poeta ecclimerit animae triumphos, erit et ille optime de re publica meritus, atque de re christiana simul. Unde sciat quisquis ad hoc sacerdotium artium liberalium sit vocatus, non tantum bonum opus sese facere posse si popularium doloribus prospiciat, sed etiam si subveniat animorum necessitatibus.

Neque enim semel diximus, fas esse nemini pane tantum vivere, sed oportere coniunet ut iuvetur animus civium atque extollatur. Neque disserim hoc, quod imminere saeculo creditur ex humiliorum turbis, de bonis tantum est, sed de religione quoque atque de doctrinis agitur lucta. Quae igitur scripta mores attingunt eodem studio diffundi ea deceat quo evulgantur libelli de rationibus dominicis aut de operariis mercede.

Sed, proh dolor!, animorum egestate non plebeii tantum laborant, verum et honestiores persaepe viri: optimates, qui otiosam vitam pertrahunt, adolescentes qui in studia incumbentes aberrant omnino a veritate, nobiles matronae, quae pessimis fabulis utuntur passim ad mentis oblectamentum. Num itaque singulis hisce sileat omnino artificis verbum, an ipsis quoque cavabit? Faciat ferme artifex atque optime faciat ut iuvet opera sua omnes civium ordines; quod si opifium dolores non enarraverit, multum tamen aliunde de republica mereri poterit.

I. ANTONELLI.

LATINAE ADNOTATIUNCULAE

De vocibus *sinistra, laeva, dextra...* ad auspicia attinentibus, apud Vergilium, aliasque romanos scriptores.

Ea, quam Cicero « verborum latitudinem » appellat, quamque vel ipse (1) prae se habuit, quum fulmen « auspicium, auguriumque » dixit quamlibet divinationem (2), utor ego, de auguriis auspiciis loquens.

Quid vero Augures? Ipsorum erat, prout patet, ex avium volatu, gestu, cantu, futura praenunciare, illudque sic fieri rebantur: Sedens augur, toga augurali amictus, Orientem versus propiciens, lituo (h. e. baculo incurveo), certam caeli partem (templum) designabat (3). Tum diligentissime observabat quae aves, quo

(1) II *de Div.*, 35. — (2) IV *Philip.* — (3) Cfr. *Liv.*, I, 18.

gestu cantu (oscines), quaque parte huius templi se ostenderent (praepetes) (1); signa autem laeva plerumque felicia, dextra vero infelicia habebantur.

Quod ita Vergilius senserit, confirmo, ae ne longius ab incepto trahar, ecce (2):

....si quem
Numina laeva sinunt, auditque vocatus Apollo.

Servio excepto, fere omnes in malam partem intellexerunt explicatores, ut et Mancinellus, et Ascensius, Ellius, Rueus, ipseque Gellius hunc versum sic interpretatus (3): « Vis erat quorundam Deorum, in laedendo magis quam in iuvando potens... nam Deos quosdam, ne obessent placabant » (4). Interque nostros cl. v. Arcangeli, Galloni, Stroechi, Bertini, aliquique paene innumeris in eamdem sententiam consprirant. Quod autem Plutonem, Furias, ceteraque inferorum Numina laeva et adversa hominibus habita fuissent, neminem latere posse puto; testatur enim Arnobius (5). Is igitur ego quoque sum qui hic Numina laeva per quandam veluti *ἀντίστοιχον* cum Apolline vocato, consona esse quam maxime putem. Itidem (6):

Saepe malum hoc....
Saepe sinistra cara praedixit ab ilice cornix,

quamvis hie versus (ut refert Mancinellus), non omnibus textibus inest, authenticum tamen eum videtur proclamare Pierius. Huc accedit Ovidiana mens (7):

Erenient, dedit ipse mihi modo signa futuri
Phoebus, et a laeva, moesta volavit avis.

Alia passim huiuscmodi afferre possum, quae brevitas studiosus omitto.

Sed ad nostri augurii consuetudinem (ut verbis Ciceronis utar), dixit Vergilius (8):

Quod nisi me....
Ante sinistra cara monuissest ab ilice cornix,
Nec tuus hic Moeris....

Hie, sinistram cornicem eam fuisse quae Menaleam servasset luce patet clarissimi; ipsi enim, n. Vergilio moriendum (9), non ab ea monitus fuisset ut ab occursu litigiosi militis abstineret. Argumentum confirmant alia passim loca ex Aeneide deprompta, uti videre est (10):

....subitoque fragore,
Intonuit laevum....

Haec iterat Vergilius (11):

.....genitor de parte serena,
Intonuit laevum.... (12)

Hic, inquit Servius, laevum sonat prosperum; nam quae sinistra nobis videntur intuentibus caelum, illie dextra sunt, non quod sinistra bona sunt, sed quod dextra caeli nobis sinistra sunt. Donatus quoque tenet, in sacris signis dextram dantis laevam petentis esse. Sed Servius ad versum quem attuli (13) parum diligenter vi-

(1) Cfr. Cic., *de Div.*, I: cornix a sinistra, corvus a dextra ratum facit. Cfr. similiter PLAUT., *Asin.*, II, I, 12; id., *Epid.*, II, II, 2, licet alter id. *Autol.*, IV, III, 1. — (2) *Georg.*, IV, 7. — (3) Lib. V, 12. — (4) Cfr. Ov., *Fast.*; Vid. quoque POMPEI: *Pantheum mythicum* ad vocem « Veolios », — (5) L. III, *De Apolline vatum Deo*, Ec. III, v. 104. — (6) *Buc.*, I, 18. — (7) Libel. in *Ib.*. — (8) *Buc.*, IX, 14, 15, 16. — (9) Subdit enim v. 20: «...nec riveret ipse Menalces, n. Vergilius, quem hic mentionit. — (10) *Ibid.*, II, 693. — (11) *Ibid.*, IX, 691. — (12) Est ad mentem Enni qui latine iam dixerat: « Cum tonuit laevum bene tempestate serena ». — (13) *Aen.*, II, 693.

detur esse locutus; haec enim habet: « Laevum valet prosperum, quia caeleste est, sinistrum autem a sinendo dictum, quantum ad auguria pertinet, quod nos agere aliquid sinat. Hinc, in rem fore eredens, Ascensium cum Servio disputantem facio ». Servianam itaque interpretationem allatam sic infirmat Ascensius: « Parum diligenter parumque curiose introspexisse videtur Servius Vergilianam maiestatem quando a poeta dieitur: *Intonuit laevum*; est enim id totum ex arcana augurum disciplina translatum.... Ethrusci caelum in sedecim partes divisorunt, ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem e contrario appellavere dextras; hinc omnia (?) (1) fulmina laeva existimantur esse prospera, quoniam laeva parte mundi ortus est (2). Hic autem ut de avibus loquentes finamus adnotacionem istam, quae ab avibus ortum habuit, in promptu habemus Suetonium qui (3): « praetervolans, — inquit, — aquila, dexteriore humero consedit ». Hinc illud Plautinum in *Asinaria*: « Pieus et cornix est ab laeva; corvus porro ab dextra consuadet » (4).

Verum enimvero undenam vis eidem parti, tam diversa? Duae prostant sententiae, quarum primam ex Plutareho depromo (5), eademque tenet in interpretandis ostentis, aliquando situm Deorum, a quibus illa darentur, aliquando situm in quo essent, angues attendere. Alteram explicat Tullius (6) asserens Graecis quidem et barbaris dextra auspicia, Romanis vero sinistra visa esse meliora: « Hinc, — inquit ille, — diei possunt romani saepe suo, saepe graeco more in re divinatoria esse locuti » (7). Porro videndum superest unde Graeci Romanique dextram ac sinistram in auspiciis peterent. Orientalia auspicia utrisque meliora visa sunt (quia lueis et motus principium ab ea parte est), quae tamen eadem Graeci dextra, sinistra Romani appellavere. De Graecis patet ex Homero (8):

Εἴτ' ἐπὶ δέξιῃ θωσι πρὸς ἡδὸν τὸν ἀελιόντα,
Εἴτ' ἐπ' ἄριστερὴ τρίγη ποτὶζόφον ἡερόντα.

De Romanis constat ex Varrone, qui (9): « A Deorum, — inquit, — sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientes; ad dexteram occidentes: (hinc) factum arbitror ut sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimentur ». Hunc locum refert Festus, confirmatque Plinius (10) hisce verbis: « Laeva

(1) Interrogativo, quod Itali vocamus, puncto, ascensianum argumentum nota, quia Ciceronis menti non respondet. Tullius enim (*de Div.*, II, 35), haec habet: « Fulmen sinistrum, auspicium optimum habemus ad omnes res praeter quam ad comitiam, etc. — (2) Cfr. quoque PLIN., *Hist. Nat.*, II passim; et CIC., *de Div.*, II. — (3) CLAUD., VII. — (4) Afferre possum: OV., *Fast.*, IV, 838; HORAT., III, *Od.* XXVII, 15; MART., VI, 55; PHAEDR., III, 18; STAT., *Theb.*, I, 634; SENEC., *Thyest.*, 698; SUET., *Vitell.*, 9; LUCAN., I, 401; VAL. MAX., (sinistra) IV, VII, 2; V, IV, 2; (dextra) V, IV, 1; DIONYS., HALICAR., I, II, c. V; I, C., BULENGERIUM, *de Ausp. et Ang.*, lib. III, c. 2; ALEXANDRUM AB ALEXANDRO et BUDAEUM in *Sandectas*, aliosque paenam innumeris. — Quod autem Graecis dextra meliora fuissent, fuisse tradit EVERH. FEITHUS (*Antiq. Homer.*, lib. I, c. XVI). Cfr. quoque HEROD., II, 115; et quae habet CIC. (*de Div.*, II, 30), ubi illum ex Homero versum: « Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit... afferit. — (5) *De Quaest. rom.* — (6) II *de Div.*, II. — (7) Sed iam de hac re, tanta dissentione propensa cum Cicerone (I. e. II, 39, sub fin.) iocari cupio: Sed certe nostri sinistrum (augurium) nominaverunt, externique dextrum, quia plerumque melius ibi videbatur. Haec quanta dissensio est? Quid? quod aliis avibus utuntur, aliis signis? aliter observant, alia respondent? Non necesse est fateri, partim horum errore suspectum esse, partim superstitione, multa fallendo? — (8) *Iliad.*, XII, 289-40. — (9) *Ep. Quaest.*, I, 5. — (10) *Hist. Nat.*, II, 54.

prospera existimantur (diximus) parte, discrepantiae quae inter ac Romanis quod illi ad se meridiem (*μεσημέρην*)

Serip. Aug.

AURI

Concidat
Protulit terris
Nec Noti par

Ille non
Intulit genti,
Tartarum, et

Unde fra

Frater, et reg

Ac Themis ru

Rectius q
Vita! Pauperi
Nec Deos, quo

Testis Al
Alphius (1) te
Seu per umbr

Idibus R
Odit, exsultat
Rusticus; iam

Nil sapit
Unde opes ma
Pax: ubi vern

Se beator
Hic boves ver
Rusticam et pr

Ipsa qui
Inserit, gaude
Carpit, aut la

At simul
Immemor ruri
Aurum, et in

(1) Alphius Horatius consulto desumpsimus

nabat: « Laevum
e est, sinistrum
ntum ad auguria
uid sinat. Hinc,
um eum Servio
itaque interpre-
Ascensius: « Pa-
ose introspexisse
iestatem quando
rum; est enim id
sciplina translata
decim partes di-
exortu sinistras,
re dextras; hinc
existimantur esse
erte mundi ortus
loquentes finia-
ab avibus ortum
etonium qui (3):
quila, dexteriore
Plautinum in
ab laeva; corvus
4.

vis eidem parti,
sententiae, qua-
epromo (5), ea-
is ostentis, ali-
bus illa daren-
essent, angues
Tullius (6) asse-
aris dextra au-
visa esse me-
dici possunt ro-
more in re divi-
ro videndum su-
dextram ac simi-
entalia auspicia
ia lucis et motus
ae tamen eadem
appellavere. De

ελιόντε,
σον ἡρόεντα.

rrone, qui (9):
um in meridiem
tes mundi exo-
(hinc) factum
ia, quam dextra
n refert Festus,
verbis: « Laeva

unctorum, ascensionum
non respondet. Tu-
Fulmen sinistrum,
es praeter quam ad
Nat., II passim; et
ferre possum: Ov.,
15; MART., VI, 85;
NEC., Thyes., 698;
(sinistra) IV, VII, 2;
CAR., I, II, c. V; I,
c. 2; ALEXANDRUM
aliosque paene in-
meliora fuissent, fu-
er., lib. I, c. XVI).
habet Cic. (de Die,
espera Iuppiter his
aest. rom. — (6) II
dissentio propo-
iocari cupio: Sed
verunt, exterisque
atur. Haec quanta
ntur, alii signis?
necessa est fateri,
rtim superstitione,
— (9) Ep. Quaest.,

prospera existimantur quoniam laeva (uti iam
diximus) parte mundi ortus est ». Unde ratio
discrepaniae quae obtinet in loquendo Grecos
inter ac Romanos, ex hoc orta esse videtur,
quod illi ad septentrionem (ξηντον), isti ad
meridiem (μεσηνηβιζιν) se converterent.

Scrip. Aug. Taurinorum.

ANTONIUS ALLARIA.



AURI CONTEMPTUS.

*Concidat quisquis prior irreptum
Protulit terris, ubi crevit, aurum;
Nec Noti parcant cineri, nec ultrix
Unda sepalto.*

*Ille non notam scelerum cohortem
Intulit genti, Furiis reclusit
Tartarum, et Fraudi simul, atque Morti
Tradidit arma,*

*Unde fraterno caderet furore
Frater, et reges tremarent verendi,
Ac Themis rursum fugiens supernas
Scanderet aedes,*

*Rectius quanto lare sub modesto
Vita! Paupertas sine labe dulcis;
Nec Deos, quod nunc satis est, rogantem
Somnia terrent.*

*Testis Augusti cupidus repente
Alphius (1) tecti, gregis et Sabini;
Seu per umbrosas aveat vagari
Amite sylvas.*

*Idibus Romam, patriasque sedes
Odit, exultatque animo futurus
Rusticus; iam iamque nucus beato
Vicit in agro.*

*Nil sapit prudens, nisi rus, benigne
Unde opes manant, et amica ruri
Pax; ubi vernis medius protervis
Sub lare parvo,*

*Se beatorum numero reponit:
Hic boves verso reduces aratro,
Rusticam et prolem videt, atque matrem
Solidus ustam.*

*Ipsa quin vites, teneras et ulmos
Inserit, gaudensque manu racemos
Carpit, aut lanas ocium bisulci
Forcipe tondet.*

*At simul falsere iterum kalendae,
Immorum ruris locat auspicatum
Aurum, et invisa miserum tyrannus
Haeret in urbe.*

A. BONUCELLI S. P.

(1) Alphius Horatianus, ex quo novi sapientis imaginem
consulto desumpsimus.

EX AMERICIS (1)

De Catholicorum magistrorum
Washingtonensi coetu.

Quid hisce temporibus pluris interest homi-
num, quam quoniam ritu pueri ad vitam
eamque hodiernam agendam instituantur? Rei
quidem gravitas humeros premit, premitque tam-
en gravius educandi modus eo instituendus,
ut et indolis virtuti et hodierno rerum usui sit
accommodatus. Catholici, quum id haberent per-
spectum simulque cognitum, dubia communi
indicio de medio tolli, quattuor ante annos con-
stituerunt, ut unoquoque anno euneta catholicorum
ephebea ad urbem ante constitutam mit-
terent legatos, qui de puerorum institutione
deliberarent, atque utilia, siqua essent, prope-
nerent. Conaty, qui episcopus clarissimus cat-
holico athenaeo Washingtonensi praest, huius
incepti dux est declaratus. Proximis igitur die-
bus plures, — ad sexaginta — catholicorum epe-
beorum legati hanc in urbem denuo convenere,
ut, Conatio ipso praeside, scholis et litterarum
collegiis consulerent. Adfui et ego in conventu
illo non tam disputaturus, quam, seniores dis-
putantes auditurus, ibique quamvis concilio
perdurante lingua ad loquendum saepius pru-
rire, me tamen nescio qua vi cohibti. Haec
vero digna duco, quae in concilio peracta omni-
bus innotescant.

Sciant imprimis lectores, hac in nostra re-
publica duos esse scholarum ordines, alterum publicum, qui vocatur et ad quem, amota religione, omnibus variarum religionum asseclis patet aditus; alterum catholicum, quem consti-
tuerunt et regunt catholici, ne ipsorum pueri fidem perinde et sese perdant. Catholici, quam-
quam suas sustinent scholas, legibus tamen co-
acti sunt, ut scholis publicis vectigalia impe-
ndant. Impendunt, aegre licet, catholici; verum
quasi fidei gratia pecuniam floeci faciant, scholas
suas retinent, studentque magnopere id efficere,
ut civitas a tanta iniuria abstineat. Sequitur
deinde, ut duo scholarum ordines saepius inter-
sese comparentur, ut tandem sit praestan-

tor. Exarsit in concilio acris disputatio, quae qua-
lisque sit educatio. Re rite perpensa inter omnes
convenit, eam re esse et iure appellari educationem, quae non tantum mentem variarum
rerum cognitione compleret, sed etiam, et id
maxime, indolis virtutem formaret atque uni-
versam rerum cognitionem uno philosophiae
vinculo teneret devinctam. Quia in re scholas
catholicas publicis scholis longe antecedere; has
enim, philosophia pariter et indeole neglecta,
vertices vacuos multis variisque rebus refereire,
atque res nulla coniunctione sociare; illas contra
indolis virtutem et philosophiam, eamque
religione Christiana enixam, excolere, qua omnia
alia coniungerent et « unum » quoddam efficerent. Quo fieri, ut ephebus catholice non
solum rerum cognitione esset refertus, sed etiam
indolis virtute constans et firmus, atque non
tantum res rite sciret, sed etiam earum principia
earumque ad alia affinitatem facile per-
spiceret.

(1) Litterae hae serius ad nos delatae sunt, quam ut in
superiore numero ederentur. Sciat cl. scriptor, ne nos negligentiae nota afficiat.

Haec quidem in collegiis catholicis educatio;
sed etiam in minoribus catholicorum scholis
educatio est tanta quam ipsae civitates agno-
scant atque laudent. Attamen non negamus
publica collegia divitiae opibusque multo pree-
stare collegiis catholicis; non negamus eadem
collegia publica maiore cum cura, quam catho-
lica, physica explorare, naturam indagare,
nova detegere. Eorum tamen aspernamur edu-
cationem, quae, ipsis testibus, nil aliad est, quam
usu et experiendo rerum notitiam comparare.

Concilium deinde quam maxime enitendum
censuit, ut peritis et veris magistris utantur
scholae. Magistrum esse scholam, et, magistro
perito absente, scholam, quamvis magnificum
esset aedificium, nil prorsus valere: magistros
igitur in athenaeis esse erudiendos eosque
solos in posterum adhibendos. Porro multa alia,
de humana societe, de historia, etc., in
certamen sunt provocata. Quae quam praeter-
mittam, velim lectores id animadvertiscant,
quod magis ad nos pertinet. Quum enim non
nulli magistri asseverassent, graecas litteras
atque latinas et humanitati et mentis virtuti
multum prodesse, quidam huius temporis
animo commotus ad hunc modum declamavit:
« Ubi terrarum, — inquit —, vitam degimus,
apud Romanos an apud Americanos? In Amer-
icis lingua utimur anglica, qua cogitata in
aliorum mentes transmittimus, qua cives allo-
quimur, qua negotia conficieimus. Patet itaque
anglicam linguam, omnibus aliis linguis post-
habitatis, maxima cum cura esse colendam, quam-
vis ea ad hoc tempus emortuis linguis locum
cesserit. Quo venit, ut sacerdotes, anglica lingua
omissa, tempus et oleum in ediscendis linguis
emortuis penderent, et quum in publicum pro-
dirent, anglice vix possent concionari!... ». Cui haec respondere iuvat. Quum nemo sanus
neget, propriam cuiusvis nationis linguam im-
primis esse excolendam, nemo sanus pariter
neget, linguam cuiuslibet nationis esse linguam,
atque cunctas linguas uno esse fundamento suf-
fultas.

Quod linguarum fundamentum, quam in an-
tiquis linguis constructum a Graecis et a Ro-
manis effossum esset, graeca via et latina adi-
mus; haec via omnibus etiam pueris patet, quam
arabica et hebraica multis plerumque sint o-
clusae. Quo propius autem ad fundamentum
accedimus, eo clarius totam linguae structuram
perspicimus. Ideoque affirmo, tantum abesse,
ut graecae litterae atque latinae anglis obsint
littere, ut si quis graecae et latinae linguae
imperitus sit, nec anglice linguae vere peritus
esse queat. Nonne praestantissimus quisque
scriptor anglicus, graecae erat et latinae linguae
peritissimus? Quae quum ita sint, enascitur
conclusio, sacerdotes anglicam linguam non eo
nescire, quod antiquis et emortuis linguis plus
temporis dederint, sed, candide fateamur, eo
quod neque antiquas litteras, neque anglicas
rite coluerint. Plura addere taedet: verum si
quis me urgeat, rem re demonstrabo.

Haec quidem hactenus. Washingtonensis
coetus sine dubio efficit, ut variis varia
disputarent doctores, sed num quidquam re utile ex
conventu in scholas devenerit, sane dubito.
Verba plerumque et verba in coetibus; pree-
terea nihil!

Proximo anno magistri Philadelphiam convenient. Interim valete et futura auecupamini.

Chicagine, kal. Aug. MCMII.

H. DOSWALD.

TIBURTINUM ESTENSE.

COMMENTARIA dimiseramus recentia, in quibus de rusticatione et de suburbanis deliciis priscorum, nec non de illis, quae vix a saeculo XVII rursum conditae sunt, verba fecimus. Quomodo autem faciessimus de illo Tiburtino Estensi, quod inter huiusmodi omnes ferme perfectionis numeros obtinuisse visum est? Itaque, properante quasi in finem calamo, nomen interposimus, ne quod maxime solemne esset, praeterisse immemores, vel negligentes videremur. At ecce nunc pervenit liber ad nos, quem eruditus vir Franciseus Xaverius Seni, Romae nuper praelo vulgavit (1), totum de Estensi villa, eiusque historiam fere de anno in annum fideli pede prosequentem; quomodo aedificari copta sit, quomodo revererit, quomodo steterit primo, mutaveritque postea incerta, dein restaurata, denique neglecta, relieta, quinimo direpta, vastata, simulacris, divitiis, marmoribus, aeneis rapaci manu, vel avara fuerit expoliata, iamque supremis fuisse proxima diebus, penitusque interriisset, nisi providentia quadam eredita fuisset regali viro Gustavo D' Hohenlohe S. R. E. Cardinali, qui magna pecuniae vi, assidua praesentia, plura refecit, quae labebantur, plura instauravit, ne funditus omnia deperirent; quin etiam animo ingentia versabat facienda, nisi mors, qua praereptus est, quaeque abrupisset. Qui plures loco pulcherrimo adfuiimus, et amico hospitio inter amicos et convivas a viro illo suscepti fuimus, librum hunc Senianum toto pectore salutavimus.

Quamobrem dum scriptoris soleritiam ac diligentiam commendamus, qua nihil intentatum reliquit, omnesque prorsus historiae fontes pereonatus est in archiviis, in monumentis, in libris, sive typis vulgati fuerint, sive manu exarati serventur, optimum dueimus historiam ipsam, quam Senius tradit, summa saltem libare per capita, et photographieis usi subsidiis aliquid in commentario nostro ostendere, quod celeberrima in villa videndum deliosumque superest adhuc, omina et vota promentes, ut, quo fieri primum possit, seu villae dominus hanc retineat, seu cui perpetuo vendat, seu pro tempore habendam tradat, regali munificentia restaurentur omnia, et in pristinum reddantur deus, quo ab Hyppolito Estensi II^o iuniore, olim posita sunt, quo floruerunt, quo ab Aloisio Cardinale Estensi, huius Hyppoliti nepote, referata, aueta, ornata.

(1) FRANCESCO SAVERIO SENI, *La villa d'Este in Tivoli. Memorie storiche tratte da documenti inediti con illustrazioni.* — Romae, MCMII.

Sed rem ordine persequamur.

Hyppolitus e Ferrariae Ducibus — Alfonso I^o ac Lucretia Borgia parentibus, anno MDIX ortus — iuvenis adhuc (egregiae indolis enim quamplurima signa vel ab ipsa pueritia dederat) maximis reipublicae funetus, gravissimisque munieribus, quae longe praevertabant aetatem, iamque Italia, Gallia, Hispania ac tota ferme Europa celeberrimus, a Paulo III Pontifice anno MDL in sublime purpuratorum concilium, triginta vix natus annos accessitus est. Qua in dignitate impiger ea quotidie praestabat quae antea praestiterat, pluribus idem regnis, officiis, negotiisque gerendis optime par, etsi solus, regibus munificentia compar, popularibus modestia, suavitate morum optimis, innocentia vitae

velle a posse non multum distaret, qui increbili opum vi super aequales suos unus omnium maxime florebat, locum intra moenia delegit, in occidentem solem qui spectat, et qui, si traditis credimus, Metelliana gentis olim deliciis fuerat insignis. Hinc accersito Pyrrho Ligorio architecto credit exstruendum opus, coemptis, quotquot eirea erant, domibus, hortis, praediolis, ac tale esse inbet quod sibi satisfaceret, cui totius ferme Europae regiae et viridaria patuerant, quodque digne susciperet praeclarissimos ingenio et eruditione viros, quos frequentes in aula habebat, nempe Aelium Calagninum, Franciseum Martium, Paulum Iovium, Ugonem Fogliettum, M. Antonium Muretum, Paulum Manutium, Hieronymum Mutianum, Georgium Vasarium, Guidum, seu Widonem, Tempestum, geminosque fratres Zuccari, digno praeterea continebat hospitio adventantes principatu insignes dynastas, quin etiam reges, et vel ipsum Pontificem, et eminentissimos patres, collegas suos, archiepiscopos, et quotquot venturi essent illustres; immo Tiburtinos omnes admonuit diversoria gerentes, ne quem exciperent virum, sed ad se ducerent. Atque inde fuit Tiburtinis proverbium, adhuc in memoria, quo fertur optimum illud esse diversorum advenis et unicum, scilicet cui alba aquila imminet; alba autem aquila stemma erat Estensibus.

Nee mora. Subrata, dimota fuerunt omnia, quae locum occupabant, et immense opus excitatum est. Subterraneo speu, monte perforato, deductus est fons, immo fluvius, ab Aniene, pass. circa DCCC, unde tanta aquarum vis et copia in Estense profluxit, quantam nemo alibi viderat umquam. Atque hinc superbi illi fontes, numero prope modum innumerabiles, in quibus omnis lusus aquarum, omnis inventio, omnis magnificentia in simulacris, in aquarum agmine, ita ut feratur omnium regina fontium quae a Sibylla vulgo nuncupatur. Centum insuper fontes perpetui sunt imaginibus, ex libris *Metamorphoseos Ovidianis*, decori, hydraulicum organum, Romae ipsius

exemplar antiquae redditis aedificiis, monumentis, interfluenente amne Tibri. Adde modo arbores omnes, turbam, populum ingentem omnium florium, myrrheta, laureta, ilieeta, eupresseta, adde, cumula quicquid magnificentius cogitare possis, vix centesimam partem cogitando contingit.

Interea super haec omnia, quot Aegyptus, Graecia, Roma statuas, marmora, Numina derant ab Iside ad Pomonam et Floram, super haec omnia amplissimae eminent in colle summo aedes, quibus Tempesta, uterque Zuccari, sculptores eximii temporis illius, sculptores antiquorum temporum felicibus effossionibus sua portenta dederunt. Vix cuique credibilia sunt quae nunc videt; atqui hodie reliquias tantummodo videt prisci decoris. Regali sumptu quaeque in aulis lucebant; argento, auro, gemmis parietes, armaria scintillabant; pietis lateritiis



Tiburtinum Estense.
Arbores directo ordine ad aedes consitae.
(Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

sanctissimis, auctoritate gravissimis, doctrina eruditissimis; quo factum est ut, si quando ad supremi Pontificatus fastigium extolleretur, aureis rursum annis Augusti sui fruitura Roma videretur.

Iamque patrimonio Ecclesiae Romanae administrando praefectus, Tiburtinae regionis urbisque gubernandae a Pontifice munus accepit, et regio fastu urbem adivit magno equitum, patriciorum, eruditorumque virorum praeeunte et subsequente comitatu, triumphaliter quasi secum gereret scientiam, liberalitatem, artes quasque ingenuas, ac disciplinas. Locus placuit, placuere verba medieorum suadentium de salubritate aeris, placuere et quae videbat de ubertate soli, de industria civium. Quid plura? Regia urbs regium iuvenis animum suavitatem pellexit, qui vel a primordio aliquid se dignum ibi excitare cogitavit. Cumque in tanto viro

pavimenta pre-
acu pista, auro
stromata parieti
meandris, ornati
rae vi expectata
est Hyppolitum
in excitando op
monumentis as
tamen biennio
ornata dicuntur
inter quindecim

Aloisius. Hyp
anno MDLXXI
tum omnibus, b
mento Tiburtinu
vestigiis acceptu
Quum enim tres
erum Senatum et
doctus domesticis
suisque morem g
centissime gessit
Estense in Tiburt
sed ipsum gubern
nus est illi a Pon
tum, in quo obe
praestitit, ut vel
fama superaturus
Tanta fulgebat
benignitate, excell
ni denique agmine
Ipso vivo, Estens
num supremum ita
crementum et iuba
iam crescere et r
quiet...

Eccur tergiversa
Horret ac refugit
dicendis, quae pos
tum sequuntur.
tino inter se plur
dunt, et interea h
ille non curat, alii s
nemo adeat, et
istud Estense pre
denudatur. Fatisque
plentur aqueductu
rimae arbores a
ignes succiduntur,
brassicae, laetueae
plent. Nequid ad va
XVIII labente sa
pant. Cetera lector
ultra dimidium sa
omnia visa sunt.

Tale erat quo t
D'Hohenlohe petuit
qui de vendendo s
utendum, nec impe
si posset, saltem ab
Tanto viro demortu
Estense? Futura te
stat meliore sub spe
rei ultimam ruinam

Nihil potest esse a
tione proficiscatur.

Bonus animus in r

et, qui incre-
unus omnium
oenia de legit,
et qui, si tra-
s olim deliciis
tyrro Ligorio
us, coempsit,
is, praediolis,
isfaceret, cui
viridaria pa-
et praeclaris-
os, quos fre-
elium Calea-
lum Iovium,
m Muretum,
Mutianum,
lum, seu Wi-
mosque fra-
erea contine-
principatu in-
am reges, et
eminentissi-
archiepisco-
essent illu-
omnes admo-
ne quem ex-
se ducerent.
s proverbium,
rtur optimum
venis et uni-
aquila immi-
stemma erat

nota fuerunt
ubant, et im-
Subterraneo
leductus est
niene, pass.
aquarum vis
xit, quantum
am. Atque
mero prope-
quibus om-
is inventio,
mulacris, in
feratur om-
e a Sibylla
insuper fon-
us, ex libris
deco, hy-
ne ipsius e-
monumen-
odo arbores
ommium flo-
resseta, ad-
s cogitare
itando con-

Aegyptus,
umina de-
ram, super
colle sum-
e Zuccari,
dores anti-
nibus sua
ibilia sunt
as tantum-
mpu quoae-
bo, gemmis
s lateritis

pavimenta pretiosiora gemmis erant; serica, acu picta, auro, argentoque intertexta passim stromata paries velabant; fornices coloribus, meandris, ornamenti, imaginibus, omni pietrae vi expectationem omnium vincebant. Fama est Hyppolitum vicies centena aureorum millia in excitando opere profudisse, idque nonnullis monumentis asseritur: quot in ornando? Ac tamen biennio tantum haec inchoata, perfecta, ornata dicuntur! Rectius dices perfecta omnia inter quindecim annos.

Aloisius. Hyppoliti nepos, Hyppolito mortuo anno MDLXXII, deflentibus tanti viri obitum omnibus, haeres pro tempore ex testamento Tiburtinum tenuit, et patrui sui insistens vestigiis acceptum servavit, honorifice coluit. Quum enim tres et viginti annos natus in sacrum Senatum et ipse cooptatus esset, exemplis doctus domesticis, et nativa indole regius, sibi suisque morem gessit opulentissime, magnificientissime gessit; nec modo Estense in Tiburtinum habuit, sed ipsum gubernatoris munus est illi a Pontifice creditum, in quo obeundo ita se praestitit, ut vel Hyppolitum fama superaturus erederetur. Tanta fulgebat humanitate, benignitate, excellentia, omni denique agmine virtutum! Ipso vivo, Estense Tiburtinum supremum ita attigit incrementum et iubar, ut ultra iam crescere et rutilare nequiret...

Eccur tergiversaris oratio? Horret ac refugit animus a dicendis, quae post eius obitum sequuta sunt. De Tiburtino inter se plures contendunt, et interea hic abripit, ille non curat, alii subripiunt, nemo adest, et miraculum istud Estense pretiosissimum denudatur. Fatisunt tecta, opulentur aquaeductus, pulcherimae arbores ad alendos ignes succidunt, destinata spatia floribus brassicae, lactucae et cetera huiusmodi complent. Nequid ad vastationem decesset, palatum, XVIII labente saeculo, milites externi occupant. Cetera lector intelligis. Et fere decennio ultra dimidium saeculi XIX in peius ruere omnia visa sunt.

Tale erat quo tempore Gustavus princeps D'Hohenlohe petiit ab haeredibus Estensibus, qui de vendendo saepe constituerant; habuit utendum, nec impensis pepereit ut restituueret si posset, saltem ab extremo excidio liberaret. Tanto viro demortuo, quaenam fata manebunt Estense? Futura tenebris opera sunt; et prae stat meliore sub spe futura ignorare, quam tantae rei ultimam ruinam praenoscere.

H. DE VECCHI PIERALICE.

Nihil potest esse aequabile, quod non a certa ratione proficiscatur.

CICERO, *Tusc.* 2.

Bonus animus in re mala, dimidium est mali.

PLAUT. *Pseudol.*

DE "SYMBOLISMO",⁽¹⁾

TALIS fuit Christus initio ut « Filius Fabri », « ut putabatur filius Ioseph », passim haberetur. Ad officinam patriam cum Iosepho et Matre sanctissima rediens, vivebat in fabrili labore lignarii, « et erat subditus illis », verus quamquam Deus, et Regale Genus! Idque triginta ferme per annos. At sieuti seitus agriculta granum herbaceum a reliquis herbis distinguit, sic qui magistri erant in templo, Sedrim capita, nascitum Christum bene distinxerant, locum nativitatis eius Herodi suspicant indicaverant; distinxerat et ipse Herodes quaerens lymphatus in mortem, et intercepisset in clade horrenda innocentium, qua et filium sustulit suum, ita ut iure eum Octavianus Augustus imperator ridiculo carperet, inquiens: « Melius apud Herodem porcum esse (a suillis quippe, ut Hebraeis morem gereret, abstine-


spiceum, lateque videndum offert sese sublime admirantibus, et segetem messemque speciosam et uberem de se pollicetur. Viden et Christum vocantem Apostolos, a Ioanne apud Iordanis fluenta celebratum, filium Dei ab adventante spiritu desuper praedicatum, proprio iam nomine in baptismate definitum, quo dispescatur a reliquis, per os propheticum Praecursoris, quem Michaeas propheta Angelum dixerat, sciileet: « Agnum Dei, tollentem peccata mundi?... ». Procedens igitur divinum hoc granum in tempora consummandae redemptionis ita, prouti terrestris granum, flavescere coepit et eminere, ut quisque cognoscere debuisse, nisi oculos ipse sibi voluisse eruere. Hinc illud Petri testimonium ingens: « Tu es Christus, Filius Dei vivi! », hinc voces illae languentium: « Iesu fili David miserere! »; hinc sequentes turbae confitebantur Messiam illuminatae portentis; hinc, qui vexabantur a daemone, et, antequam cura-

rentur, daemonibus acti, et post curationem grato acti animo granum caeleste hoc praedicabant; hinc et Scribae et Pharisaei saepe ab ipso Christo circa veritatem suae divinae generationis ita convicti sunt, ut contra responderet haudquaquam potuerint; hinc et ipse Christus semet profitens ait: « Ego et Pater unus sumus », et iterum: « siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis; hinc et ipse aeternus Genitor testimonium aperte perhibuit quando inquit: « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; Ipsum audite ».

At ubi dies Passionis advenit, videte similitudinem longius perspicuum. Mittitur ad metendum granum armata faleulis ferreis turba messorum; mittuntur ad captionem orantis in Gethsemane Christi

cum Iuda Iscariota milites instructi gladiis, fustibus, et lanternis; grani spicae in fasciculos ligantur, ligatur et Christus; granum a campo, ubi ligatum fuit, ad aream terendum trahitur, Christus ab horto, ubi ligatus fuerat, ad Annam, ad Caiphiam, ad Herodem, ad Pilatum rapitur; granum flagellis teritur et atteritur, Christus flagellatione horribili teritur et atteritur sine more et modo; granum in capite acutis coronatur aristis, Christo imponitur e spinis corona; granum apludis exuitur, Christus veste nudatur; granum hac illac palis, ventilabis attollitur, propellitur, agitatur, versatur, Christus per diversa tribunalia raptatus, agitatus attollitur ad eum, qui dicitur Calvariae locum; siccum, aridum omnino fit granum, Christus areseere se fassus est dum: « Sitio! » dixit.

At aliquis e lectoribus meis, eodem tempore, ut pluribus, etsi bonis, est mos, una laudans et carpens, dicet me fortassis acute, seripsisse; aliud autem esse convenientiam rei cum re, verbis, etsi doctis, adstruere, aliud symboli veritatem et auctoritatem probare. — At ego mea



Tiburtinum Estense. — « Hydrorganum » et aquae inde desilientes.
(Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

bat), quam filium », filium enim, numquam porcum mactaverat; intercepisset, inquam, nisi puellulum, praemonente Angelo, Ioseph in Aegyptum fugiens cum matre deportasset.

At granum, postquam humile diu, vere appropinquante se aliquantulum erigit a reliquis circa germinantibus herbulis; et quisque animadvertis facile in illa herba invenescente, quod minime vulgare sit, perspicit. Nonne et hoc in Christo fuit idem, sive puer cum doctibus legis in templo disputaret, sive in convivio nuptiali Canae Galilaeae, iubente matre, aquam in optimum vinum converteret? Hinc et Sanctissimus Puer quotidie coram Deo et hominibus gratiosus deliciosusque crescebat, et qui prope granum caeleste illud erant, hoc a farre, avena et hordeo optime distinguebant. Sed anni maturant opus immensum; et appropinquante veris exitu, granum, quasi egregia a sole, et aere, tepidisque imbris, et ab incalescente solo virtute suscepta, caput effert

(1) Cfr. num. sup.

in exiguate respondebo exorans ne mihi ullam habeat fidem, quippe homo sum, et fraus et fraudis amor quamvis in me non sint, modo incuria tamen, fragilitate modo pluribus obnoxium erroribus me non negabo. Nihilo tamen secius Christo ipsi eredat, qui ait: « Pater meus agricola est » (1). Et quid hic agricola seminatum iverat? Granum scilicet (2). Granum autem istud non humana sementes est, sed « Verbum Dei », nempe Christus (3). Credas igitur Christo, sodes, eius verba idem sunt ac Verbum; nam ipse doctrinam suam a se non divisit, quia, si ab eo dividetur, iam non esset veritas sed mendacium; at doctrina Christi veritas est, et ideo est idem atque ipse, qui de se dixit: « Ego sum via, veritas, et vita ». Quoties igitur, lector, « catacumbas » peragraveris, quoties Christiana musea inviseris, si funebria marmora contemplatus fueris, quibus occludebantur loculi, ubi martyrum corpora deponebantur modo semiusta ignibus, modo lacerata loris dentibusve belluarum, modo secta gladio aut securi carnificium, et post nomen exiguae et festinantes in finem voces legeris, ubi spicam, vel manipulum spicarum, vel etiam grana frumenti conspiceris, crede Christum illa grani significazione, illo grani symbolo celebrari; crede illie fieri mentionem de Christo; non enim, quae nos de grano ac de Christo cognoscimus, veteres illi viri ignoraverunt; immo, de me loquor, longius ac melius quam nos utrumque assidua meditatione calluerunt.

(1) IOANN., C. XV, 1.

(2) LUC., C. VII, 5.

(3) Ibid., 11.

17]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

LXX. — SERPENS ET LIMA.

*Proximus incoluit tectis fabrilibus anguis;
Accola talis erat res male rixa fabro.
Limen adit fabri coluber, sibi pabula quaerens;
Obrius est unus, ferrea lima, cibus.
Appetit hanc serpens infesto dente: sed: - « O quid,
O quid agis? - placide lamina morsa rogat. -
Tunc putas, imbelle genus, me laedere posse,
Nactam corpus, ubi singula membra chalybs?
Frigeris ante tibi dentes, mihi quam lere tollas
Ramentum; timeo nil, nisi tempus edax. »
Vos, ros, abiecti censores, fabula dammatis,
Quorum lingua procaz carpere queaque solet.
Invidus at frustra dens rester scripta lassis,
Quis erit usque suum, dum fluet hora, decus.
Durius est quoris adamante, perennius aere,
Auspice quod caelo prodiit, artis opus.*

LXXI. — LEO SENIO CONFECTUS.

*Amissos senio, priscos deflebat honores,
Iam non silvarum terror, ut ante, leo.
Invalidum spernit sua plebs audaciō; illum
Dente lupus, cornu bos, pede caedit equus.
Semianimis iacet in campo, rix membra morere
Torpida, rugitum rix simulare potis.*

Hicce ergo positis, - posuisse autem dicimus, quia satis superque probavimus -, adspice quot pulcherrimae ex abdita symboli huius significazione orientur imagines. Siquidem in marmore videris gallinae effigiem ad sparsa grana pullos accidentem et provocantem suos, dieito illie virum, illie mulierem fuisse conditam apostolatus munera exercentem, docentem pueros, aut catholiconos quoad Christum. Si pullum illie aspiceris grana sparsa vel capientem a solo, vel a spica vellentem, die sepultum illie fuisse sacra synaxi refectum. Si columbam, vel galum videris ibi spicam rostro ferentem, die reconditum fuisse olim sub illo presbyterum, vel diaconum, vel Tarsicum quemlibet ferentem sacra, quibus Christiani in carcere ante martyrii diem reficerentur. Fortasse scrutantium idololatrorum oculi intercepere, et hunc pariter addidere morituris, nisi compendio interficerint. Meque reete coniecturam facere et legere facta probarunt. Quum enim in quadam Carseolano praediolo maceris vetus ad restaurandum subrueatur, fragmentum breve, sed marmoreum, apparet, in quo columba, tantummodo supremis designata lineis, rostro spicam tenens distinguebatur; cetera fracta deerant, quippe, ut maceriae saxum aptarent, olim rustici conditores confregerant. Figuram legens qua interpretatione sum usus, ratus sum de martyre aliquo, qui, Christi sacramenta ferens, a persecutoribus captus et interemptus fuisse. Biduo post aliud marmoris eiusdem frustulum repertum est, in quo haec tantummodo reliqua erant NIVS. ☩; porro inferior frustuli pars cum superiore prioris marmoris parte conveniebat, haerebat. Utramque

partem curavi ducendam, ut in sacrario sacelli, prout binas antea eodem a loco et cumulo inscriptiones deduxeram, parieti affigerem.

Cave tamen, lector, ne aberres; nam columba ramuseulum oleae rostro gerens mihi videtur, potius quam personam, ostendere Ecclesiam sive regionis, sive universalem, annuntiantem in terra pacem hominibus bona voluntatis.... Sed devios abiisse sufficiat; ad nostra et quae elucubrationis huius sunt, tempus enim est, iam redeamus.

Per historiam illam Iosephi, somnum narrantis, symbolice Christus in manipulo erecto et stante designatur; reliqua, coram eo prostrata manipula, indicabunt diversa gentium sacrificia sacrificio Christi locum datura, id est religiones idololatrorum subiiciendae; brevi, Christi triumphus asseritur. Inde ad Eucharistiam est brevis via, nec per praeruptum iter fit transitus; atque hoc licet cuivis deducere, arguere, legere ex opportunitate ac distributione rerum, nempe symbolorum, quae coram habet. Firmorem autem symbolicum sermonem habebis, si omnia, aut saltem plurima, cadant in unum; si eodem in symbolorum globo semper eadem significatio singula clarescant, neque modo ad hoc, modo ad aliud eadem in re ostendendum distractantur, diripiantur; hie enim et Horatii nostri viget praceptum:

. servetur ad imum
Qualis ab incepto processerit, et sibi constet;

nam in symbolico sermone poema est caelum terramque attingens, visibile et invisible regnum, disponens omnia suaviter et faciens ultra-

que unum: si picta symbola cumque hi sim « metaphoram, aiunt), « parabolam, cui imitantur, ne temere vel gna, ubi inducedant, gravissimas prias enim quod ostendentes et o nus quam in ha quae circum iux ipsum quodammodo vant ut recte p biliar exempla firmabitur.

PAUCA D

P LAUDITE! Fe ad nostram, enim purior aer teos montium, viridium vallium, domibus, vicis, magnificas res tendi data est.

Imprimis ex locis germinantibus secentes invitantes non sine magno.

Si plantas in convallibus crescentes extemplo varia rioribus distinguuntur.

Minores caloris superiores et intemperiae efficiuntur. raro nocturna venti impediunt, qui viu mole oppobores, paucae tunc hoc eingulando terrae.

Ut regio alpinus anni frustula intellectu est; n. ut cyclus vitae non est tempus anni existenti dem lignae, p. tices tantummodo.

Quia plantae petrae rimis su radices oriuntur que eminent.

Nondum liqueadhue exstante, Ne credas id ab autumno anteriori proinde diebus numquam sub

Magnam pr pusilla Alpium purus, non pern (Dryas, variae caesius (Gentia

*Opperiens mortem, lamentis parcit; at ecce
Cernit et ex asino tela parata sibi.
« Ah! nimium - gemuit - dolet hoc: hac calce petitus,
Bis morior: sat erat me perisse semel. »*

LXXII. — LEPUS ET PERDIX.

*Irridere cave miseris. Irrisor, acerbae
Ictus fortunae discere timere tibi.
Quod gemino docuit sapiens Aesopus, id uno
Nunc placet exemplo more docere meo.
Perdīci leporique lares dabat unus agellus;
Hospes ibi placide rixit uterque diu.
Turba repente canum subiit: lepus ut videt hostes,
In sua castra tremens intimiora fugit.
Abditus hic et mille dolis te decipit ipsum,
Harpalus, (1) obtutu lynceus, aure vigil.
Tandem spiritibus, ferenti e corpore missis,
Occultus latebram prodidit ipse suam.
Ex acri lepore Leucon (2) agnorit odore;
Agnorit: physicae callidus artis erat.
Dum volat in praedium, numquam mentitus Hylactor (3)
Nuntiat, auritum rursus inisse fugam.
At fuga rana fuit: repetit moriturus agellum,
Nec miseri perdix est miserata necem:
- « Quo iam cessit - ait crudelis - quo tua cessit,
Tam celebrata prius, vis levitasque pedum? »
Par sed in immitem cecidit sors. Obrius aucepis
Fit volucri, penna quae citiore fugit.
Salvam crediderat se, cum secat aera vultur,
Captam qui rostro scindit et ungue truci.*

(1) (2) (3) Harpalos, Leucon et Hylactor canes erant venatici, quos memorat Ovidius in libro III Metamorph. — Suos Fontanii canes Brifaut, Miraut et Rustaut appellavit.

LXXIII. — AQUILA ET BUBO.

*Rex avium buboque suis desistere bellis
Decerunt; dextris pax fuit icta datis.
« Alter in alterius pullos non saevit ultra »,
Sic bubonis habet, sic aquilina fides.
- « Nostin', amice, meam - scitatur noctua - prolem? »
Ille negat. - « Doleo - moesta reponit avis. -
Impendere meis video cita funera natis,
Qui si non pereant, gratia sortis erit.
Nam tu, rex, nulli (pro Regis more supremi)
Obsequaris, proprio duceris arbitrio.
Heu! mea progenies, tibi vel semel obvia, rixit. »
- « Ungues - alter ait - ne vereare meos;
At describe tuam sobolem. » - « Soboles - ita bubo -
Est mihi, qua melius nil reperire queas.
Pluma nitens illi, leris ala, sonus quoque vocis
Melleus; agnosces dotibus hisce meos.
Hanc memori, quaequo, speciem, rex, mente reconde,
Tecta, per errorem, ne populere mea. »
Paulo post, foetu feliciter aucta frequenti,
Exiit ad pastum noctua; vesper erat.
Hora forte videt sub eadem regius ales,
(Qua cara stat rupes, sive ruina nigrans)
Forte videt, dico, volverum genus iniucundum,
Implume, horridulo corpore, voce rudi:
- « Non - ait impransus - non haec bubonis amici
Proles; haec nobis monstru vorare licet. »
Monstra vorarit edax raptor, buboque reversus
Pullorum videt heu! rix superesse pedes.
Ingemit orba parens, queriturque, precata Tonantem,
Proterat immanem fulmine carnificem.
Cui quidam: - « Proprii tu luctus unica causa;
Caecus te, matrem, nempe fecellit amor;
Quaeque suam mater sobolem praestare decore
Censem, et hoc praestans cantat ubique decus.
In natis tu laudabas miracula formae;
Formae tam mirae num rufis umbra fuit? »
(Ad proximum numerum).*

in sacrario sacelli,
et cumulo inscri-
figerem.

res; nam columba
ens mihi videtur,
Ecclesiam sive
suntiantem in terra
tatis.... Sed de-
stra et quae elue-
enim est, iam re-

phi, somnium nar-
manipulo erecto
a, coram eo pro-
diversa gentium
cum datura, idest
biicidiae; brevi,
Inde ad Euchari-
praeruptum iter
euvis deducere,
itate ac distribu-
orum, quae coram
bolium sermonem
m plurima, cadant
orum globo semper
elarescant, neque
eadem in re ostend-
ntur; hic enim et
tum:

*ad imum
et sibi constet;*

poema est caelum
e et invisible re-
ter et faciens utra-

ET BUBO.

*e bellis
cta datis.
uerit ultra»,
a fides.
ur noctua - prolem? »
reponit avis. -
a natis,
tis erit.
nore supremi)
bitrio.*

*iel obvia, cixit.»
are meos;
Soboles - ita bubo -
ire queas.*

*us quoque vocis
e meos.*

*ex, mente reconde,
e mea.»*

*frequenti,
er erat.*

*us ades,
na nigrans)*

*iniucundum,
e rudi:*

*ec bubonis amici
are licet.»*

*oque reversus
esse pedes.*

*precata Tonantem,
nificem.*

*s unica causa;
lit amor;*

*estare decore
ubique decus.*

*ormae;
umbras fuit? »*

que unum: si quae habentur seu sculpta, seu pieta symbola in Sacrae Scripturae libris, qui eumque hi sint, et Veteris Testamenti et Novi, «metaphoram, tropum» (ut graecanice rhetores aiunt), «parabolam», similitudinem invenerint, cui innitantur, cui respondeant, qua roborentur, ne temere vel gratuito intulisse videamur. Denique, ubi indumenta, vestes, ornamentaque accedant, gravissime sunt haec perpendenda; proprias enim quodammodo voces illa habent aperte ostendentes et clamantes quod latet; at, non minus quam in haec, est incumbendum in symbola, quae circum iuxtaque sint; haec enim sensum ipsum quodammodo complent, et videntem iuvant ut recte perspiciat. Doctrina haec mirabiliter exemplo, intra modestiam pollicentis, firmabitur.

SENIOR.

PAUCA DE FLORIBUS ALPINIS.

PLAUDITE! Feriae supervenerunt! Redeamus ad nostrates et ascendamus Alpes; ibi enim purior aëris; amplior prospectus ad gigantes montium vertices; sub pedibus aspectus viridium vallium rivulis, lacubus, agris, pratis, domibus, vicis, oppidis insertis usque ad remotissimas terras atque colles; ibi et novas et magnificas res Supremi Artificis animadverendi data est recens occasio.

Imprimis exiguae et venustae herbae altis locis germinantes et vestigia viatorum passim sectantes invitant alpinas regiones interdum non sine magno discrimine vitae adire.

Si plantas in montibus altis et mediis et in convallibus crescentes inter se comparaveris, exemplo varias conditiones priores a posterioribus distinguentes invenies.

Minores caloris gradus inopiam arborum inter superiores et inferiores fines silvae nives perpetuae efficiunt. Brevis aestas et frigora non raro nocturna vegetationem robustam ramorum impediunt, qui praeterea hiemali tempore nivium mole opprimerentur. Quam ob rem arbores, paucae tantum atque eae curvatae, in hoc cingulo terrae sunt.

Ut regio alpina arboribus caret, ita plantas unius anni frustra requiris, quod quidem facile intellectu est; namque aestas brevior est, quam ut cyclus vitae plantarum finiri possit; semini non est tempus maturascendi et plantae unius anni exstingui deberent; itaque herbae, et quidem ligneae, plurimum annorum et singuli fructus tantummodo reperiuntur.

Quia plantae indigente humo ex profundis petrae rimis succum attrahere coguntur, longae radices oriuntur, quibus herbae alpinae plerumque eminent.

Nondum liquefacta nive, vel propinquis locis adhuc exstante, et herba alpina iam florescit. Ne credas id absque causa: calices enim florum autumno anteriori anni iam germinant, ac proinde diebus veris primi apparent flores nonnumquam sub gracili tegmine nivis.

Magnam praestantium exhibent germinantia pusilla Alpium in colore, qui semper est vivus, purus, non permixtus: equidem perniveus color (Dryas, variae species: Drabae, Saxifrage...); caesius (Gentiana, Soldanella, Veronica, Cam-

panula, Phyteuma, Myosotis nana...); perquam roseus (Ranunculus, Potentilla, Papaver...).

Mirandum vero est, quod tam impuræ, tam sordidae sunt plantæ convallium contra liberos caelo propinquiores Alpium; attamen his virtus deest, qua filii campi homines polliciunt, qua in aedibus nobilium libenter recipiuntur: plantæ Alpium omnes carent odore, si paucas excipias.

Etiam venenatae non inveniuntur.

Ad floram Alpium pertinet, quod plantæ earumque humus et loca proxima minus conveniunt. Ad nudas et proclives rupes, ad diffusas et latas terras nivosas, ad subaeruleas nives conglatas parvae tenuesque herbae sese adiungunt; praecipue glaciei et nivi perpetuae vicinae stantes valde sunt conspicuae; e. g. in summis montibus procedunt sub glaciei et nive Soldanellæ, tenuia, elegantia, violacea tintinabula margine fimbriata portantes.

Mirabilia haec sane, et laudandus Omnipotens, qui magnus est in maximis et in minimis: attamen rationis humanæ est, ut sedula observatione causas naturales accuratius investiget; proinde accessus ad Alpes commendatione valde dignus; nam is naturæ Alpium non ignarus erit, qui eam in minimis ipsis obser- vaverit.

P. CARINTHIACUS.

RICHARDUS WAGNERIUS DOMI.

LUDOVICUS SCHEMANN, inter Wagnerii discipulos magistro addictissimus, libellum re- cens edidit quibus memorias suas de magistro ipso collegit (1). Magistrum agnoverat ille primum anno M DCCC LXXVI quum Bayreuth in urbe feriae haberentur ad inaugurandum theatrum, quod est eius nomine dictum. Sollemnibus aderat ipse Borussici imperii novus Caesar, Vilhelmus I, cui occurrit magister ut eum ex ciperet.

Arminium militem ab Odilio numine exceptum sese videre Schemann autumavit; quum autem Wagnerius Caesari salutem dixit, ait scriptor, saecula ex eius ore loqui videbantur. Paulo post tamquam puerulus gaudio gestiens in musicis qui magna gloria erat apparuit; mox in currum iterum ascendens laetantem animum pandit pileum vibrans atque: «Io rex!», ad populum circumplaudentem clamans. Sed, — addit Schemannius, — gaudium magistri ex eo quoque provocenerat, quod urbanitatis munus ingratum sibi aliquantulum explevisset; illi enim consilutare Caesarem necesse erat ut palam gratias ageret de ingenti pecunia ab ipso rege in theatri constructionem conlata privatum: ceterum regem ei parum fuisse dilectum, quippe qui musices modis parum delectaretur, iis forte exceptis, quos equites sui singulares classico canerent.

Anno sequenti exeunte domum magistri Ludovicus primum adiit, atque cito inter familiarissimos est adnumeratus. Serotina hora Wagnerius cum amicis conversabatur in sua bibliotheca, ubi plures, iisque lectissimi libri, continebantur, sive indicas, sive graecas, sive gallicas, aut anglicas, aut cuiusvis gentis litteras respi- cerent.

(1) LUDWIG SCHEMANN, *Erinnerungen an Richard Wagner*. Stuttgart, Frommann, MCMII.

In ditissima segete, fortuita manu opera deligebat magister, atque legebat amicis; legebat arte peritissima tum suavi voce, tum aspera, tum pergravi, iuxta res, quae enarrarentur. Nonnumquam eorum aliquis qui aderant ludebat musicis chordis; deinde protrahebatur sermocinatio, tacentibus plerunque discipulis; magister enim loquebatur, sive argute, sive ferme suam mentem ostendens. Cum autem postremo hoc vitae suae tempore iam paullatim a Schopenhauer illius tristissimis documentis Wagnerius redisset, novamque sapientiae lucem anxiò animo quaereret, plerique eius sermones de philosophiae questionibus erant. Ceterum omnes qui illum adibant, vel audiebant, virum tot dotibus animi divitem admirabantur, ut censores aemulique iustas, vel immeritas animadversiones ex ore mittere non auderent. Quam ob rem in discipulos suos spirituale quoddam imperium Wagnerius gerere videbatur, illudque omni lege solutum, et cui perpauci obsisterent. Loquebatur plerunque ridenti ore atque festivo; sed sales eius intimam gravitatem ostendebant, quippe qui satis nosceret mundana pleaque misera esse et nonnisi risu digna.

Verum altissimus licet intellectus praeluceret, haud deerant tamen humanæ naturæ defectus, quos et ipse noverat primus, ita ut seipsum quandoque mordente lingua carperet optime. Quadam die immo, cum musices opus collusisset, cui a Magistris cantoribus titulus, post exterrum illud fragmentum obstrepens proelio tot magistrorum atque dissonans pettit ipse discipulis: «Num haec vobis musice esse videtur adhuc?» Sed criticos aspero animo repellebat, ut quandam viro fatenti opus cui a Rienzi nomen haud plane sibi probari: «Sunt autem reddidit — in opere multa pulcherrima».

Erat indole perquam veridica, quae sane veracitas spiritus eius praecipua esse qualitas deprehendebatur; idque cogitatione pariter atque sermone proferebat. De amicis, de aequilibus indicia haud semper favorabilia emittebat, ut de Friderico Nietzsche, cuius musices scripta amentia prorsus esse dicebat. De Mommsen quoque satis demisse sentiebat, qui vicissim magistrum considerabat somniantem. Diligebat præ ceteris historiae scriptoribus Carlyle illum, cuius libros de herorum cultu atque de gallia seditione saepe legebatur. Ut autem maxima atque intima naturæ bonitate erat, ita, iuxta musices eius indolem, quandoque irasebatur quam maxime; qua quidem re deletabantur aemuli, amici querebantur. Maxime autem odio habebat diariorum scriptores, qui ad viros illustres acedunt, ut eorum sermones evulgent, quos, etsi Caesares essent, inclementer omnino repellendos indicabat.

Postrema vice qua Schemannius cum magistro paucis mensibus ante eius mortem collutus est, testamentum veluti eius audivit, quo Wagnerius artem sibi rerum dilectissimam enixe discipulis commendavit, ut colerent, augerent, ut eam a parum peritis magistris deturpari non sinerent; quibus praemonitis, discipulis suis iterum iterumque valebant; qui profecto omnes, post eius mortem monumentum, cui ipse fundamenta iecerat firmissima, altius pro viribus extulerunt.

A. COSTAGGINI.

NUPERAE IN INSULA Creta EFFOSIONES.

QUI patriae deus, attamen haud ultra veritatem, colimus, italica Pallade effossiones Cretenses initas diximus, et quae inde parta scientiae, repertaque artibus fideli stylo narravimus, prouti spatia, immo angustiae elucubratiunculis concessae nostris, coegerunt. Praestat nunc, quasi ulterius progradiente proelio, palantia solo arma colligere, et, quae feliciori alite nuperrima habentur, exponere. Duplex inde argumentum.

Facientibus academiis Neapolitanis ac Taurinensis, itemque Romana Lynceorum, et moderatore studiorum supremo rem curante, italicae societati archeologicae, quae pars insulae occidentem speeat solem, scrutanda credita est. Rem duecentibus viris clarissimis Halbherr, De Sanctis, Savignonio, Pernierio, effossiones italae laudem anglarum ad Gnossum, ad antra sacra Zacia et Psicroia, laudemque americanarum ad Gourniam et Hierapetram aequaliunt. Aptera dedit inscriptiones proxeniarum, inter quas decretum proxeniae circa strategum achaeum Aristenum, unde lucis aliquid in foedera Hellenicarum civitatum et Cretenium emerit; stelam insuper funebrem mulieris saeculi IV a. Chr. primordiis adscribendam, auctoritate styli attici prorsus imbutam. Rursus in provinia Kissama animadversum est in templum et sanctuarium Dictynnae, quae tamen rudera villie, thesauris inhiantes, elam, palam saepe scrutati, omnino expoliariunt, et paene subverterunt. At, quae congregari poterant, collecta sunt, praesertim illa ad asceterium Goniae, quae inter stela foedus habens inscriptum, quo Phalasarna et Polyrhenia oppida conveinebant; haec emblemata propitiae deae Artemis Dictynnae, venaticio habitu, capreola comitate, nota; illa Aphroditis effigie, navis prora « euploia », vel « pelagia » dicenda, numismatum testimonio hae sub imagine Phalasarne celebrata cultu insigni.

Pluraque passim ad Hadrianum Augustum pertinetia tum in via sacra ad Dictynnaeum ducente sanctuarii impensis restaurata, tum apud Rhodopum, tum apud Kisamos, seilicet columna milliaria, simulaerum marmoreum et huiusmodi; nec praeter eundam est marmorea stela funebris, herōem, tubicinem, virtumque bellatorum praeferebant. E ruderibus Polyrheniae emenuit haec ignoti sculptoris nomen Kallikritos. Notae fortasse vetustissimi sermonis habenda sunt signa, quae in pluribus lapidibus inveniuntur, atque hae, ubi aderit bilinguis textus, viam ad novam linguam sternent, quae olim Cretenses temporibus hisce tenebriosis simis utebantur. Comprobatus insuper est mos muniendi oppida, urbes, regiones, plurimis antepositis, et depositis propugnaculis, castellis inter se certo spatio divisitis, ita ut aggrediens hostis hinc inde erumpentibus defensoribus premeretur. Leges inscriptae marmoribus, epigrammata, stelae, epitaphia, sepulera, data sunt una cum simulacris, anaglyptis, et pluribus huiusmodi ab effissionibus Hyrtakinae, Kattanios, Elyros, Rhodovani, Gaudos, Lissos, Ha-glios Kirkos ad Poekilassos, Araden, Anopolis Axos, Suliae, Rhettimos, Phaestos, Laseae, Gortynae, in qua postrema instaurationes et aedi-

ficia romana superposita sunt hellenicis aedificiis, uti hellenica olim superposita vetustissimis, cum Mycenae aetate comparandis. Musivum opus albis et nigris lappullis confectum; Astharthis simulaerula diversimode stantis aut sedentis modo in palla, modo nudae; arcadicum caput e *poros-lithos* quale illud Eleutherium; galea aenea geminum habens Pegasum, et loricae lamina iisdem figuris caelata, cum aeneis Olympiae, opere optimis ionico, non sine victoriae spe contendunt. Praeter haec, plurima inscripta ad iura, ad leges, ad mores, privata, publica, de vita, de funeribus, favissae, tempora, suppellectilem antiquitatum Cretensium italicis debitam inquisitionibus amplificarunt. Atque omnia libenter singillatim diceremus, nisi recentia premerent maiora, quae, decadente proximo mense Iulio, nunciata sunt, et habentur prouti, spatio hodie deficiente, in proximo numero enunciabimus.

G. P.

ANNALES

Italorum regis iter in Germaniam — Orientalium Europae gentium discordiae — Venezuelanum civile bellum.

Victorii Emanuelis iter in Germaniam argumentum maximum belli pacisque consiliis his diebus praebuit. Animadversiones dubiae, interrogationes diffidentes de civili Italorum ratione a Germanis primo oblatae: timebant enim ne animus foederis, quo tamdiu duo populi interesse et cum Austria divincuntur, iamiam esset mutatus. Cum vero rerum visu iudicium veri mature successit, plerique facile senserunt Germanicam regionem atque Italiam ex loci natura, ex historia, exque ipsa populi utriusque voluntate, ad cultum et humanitatem propensa, ut aquabilem quasi compensationem repräsentarent in Europa esse locatas. Infirmata enim re italica circa internum mare, Germanicum imperium et ipsum vi sua in orbe terrarum procul dubio infirmari; contra, nisi Germania potentiam impetumque Slavorum reprimeret in borealis Europae regionibus inque Turcarum duplice imperio, futurum ut Itali nos in interno mari ab opibus ingentibus, quotidie imperii nostri causae adversantibus, urgeremur. Adde ex tempore multo inter Germanorum Italorumque regales viros omnes esse amicitias atque necessitudines, prouti Vilhelmus bene augurans Victorio ospiti opportune commemoravit, ac facile colliges Victorii accessum in urbem Borussorum caput non unum salutationis officium intelligi debere, sed pacis novam significationem novumque pignus.

*

O utinam visitatio illa effecisset ut qui Euporam ad ortum solis incolunt populi inimiciam deponerent, quae tam saepe ad ipsa arma fratres gentes impellit! Eece enim rursus in Albania rumores; eece ad Prizrem Agna cotidiana inter pereussorum globos, Arnautes ac Turcarum copias confictiones, magna hinc inde hominum elade; eece Scodrae in urbe iterantur tumultus. At longe graviora Zagabriae acciderunt a Liburnis in Serbos parata: omnia stationibus, terrore completa sunt, duxque militum Wittas, postquam domum suam a factiosis

direptam vidit, foede est interfactus. Bellogradis interea Serbi par pari se reddere Liburnis minitantur; et quamvis res verborum ultra fines hue usque non processerit, cura et sollicitudine Liburni cives in Serbia afficiuntur.

*

De Venezuelan denique bello civili id innotuit, rebelles Cumana urbe, a legionariis militibus relieta, potitos esse; quin etiam Canecagna pervenisse, indeque recto tramite Caracas, urbem reipublicae principem, petiisse; Castro praesidem frusta conatum ut eos praeveniret, eius enim copias ad hostem defecisse. Nihil aliud profecto restat quam ut nuncium accipiamus rerum summam a seditiosis hominibus captam.

PROPOLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia administrati a rege designati sunt Longerry, qui publicae institutioni praesit, Akers Dougla, qui civitatis rebus Ritchie, munus hoc ante generis latrunculariae, quae vulgo dicitur, tabulae cancellarius electus est.

In Anglica Africæ australi colonia publici coetus sessiones, magno legatorum concursu, post annos duos resumptae.

In Bavaria De Landmann, « cultum » administratio munus abdicanti, De Podewils Dürnitz baro, regius Vindobonae legatus, suffectus.

SCRIBA.

AENIGMATA

FVLMEV I.
Sex mihi litterulae: telum designo trisuleum,
Quod Iovis irati dextera saepe vibrat.
Binarum sedem commuta litterularum:
Misceri propero fluctibus Oceani.
Nunc mihi deme caput: pello caliginis umbras
Et spargo rerum cuneta nitore meo.

CORBIS II.

Sum calathus, si vis graeca me dicere voce;
Sublato solidus vertice fio cyclus.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratia accipiet opus, cui titulus:

CARMINUM S. ALPHONSI M. DE LIGORIO

VERSUS LATINA METRICA

QUAM CONCINNAVIT

FRANCISCUS XAVERIUS REUSS

(Editio altera aucta novisque curis subiecta).

Aenigmata an. V, n. XIV proposita his respondent:

1) I-lex; - 2) An-na.

Ea rite soluta miserunt:

Ant. Lassota, *Sutrio*. — Conventus Balsanensis Fratrum Minorum. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ver. Cariolato, *Vienti*. — Nic. Diederichs, *Secovio*. — Petr. Garrone, *Pezzano ad Verecolas*. — Collegium Scholarum Piarum *Stellae*. — St. Figielksi, *Pippino*. — Aug. Roberge, *Chicotino in Canada*. — C. Perazzi, *Mangalore in Indis*. — Ad. Huza, *Grybovio*. — Prince Gordon, *Mancunio*. — Car. Stegmüller, *Sabarua*. — Mich. Hagn, *Horsching*. — Fr. Sallares Sch. Piar., *Sabadelto*.

Sortitus est praemium.

St. FIGIELSKI,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Patris* Phil. Cuggiani.

Photoginta
tium
Scitissi
rum se
gine el
graphic
industry
recond
infertu
imagin
quibus
terposi
lationi
huiusm
nimo,
bus;
meridi
portun

rectus. Bellogradis
dere Liburnis mi-
rborum ultra fines
ra et sollicitudine
iuntur.

bello civili id in-
a legionariis mi-
quin etiam Can-
co tramite Caracas,
petisse; Castro
at eos praeveniret,
defecisse. Nihil
nuncum acci-
ditiosis hominibus

PROPOLICOLA.

EM COETUS
NDIS

designati sunt Lon-
praesit, Akers Dou-
mimus hoc ante ge-
licitur, tabulae can-

li colonia publici
conuersu, post an-

ultum » administro
irnitz baro, regius

SCRIBA.

OMOHOHOMOHO

CA

designio trisuleum,
ape vibrat.
erularum:
ceani.
raliginis umbras
ore meo.

ne dicere voce;
yelus.

FR. PALATA.
nigmatis inter-
i moderatorem
unus, sortitus,
alus:

DE LIGORIO
RICA

T
REUSS

curis subiecta).

his respondent:
a.

alsanensis Fratrum
Ver. Cariolato, 17-
Petr. Garrone, Pez-
rum Piarum Stellae.
e, Chicotino in Ca-
— Ad. Huza, Gry-
ar. Stegmüller, Sa-
Sallares Sch. Piar.,

opus, cui titulus:
LATINIS.
iurisperitus.
Cuggiani.

CONSTANTINI PISONI
MAGNA OFFICINA
CANDELIS VAPORE CONFICIENDIS
ab anno MDCCCLIII constituta
ROMAE IN ITALIA
Corso Vittorio Emanuele 127-129
et Via de' Sediari 1, 2, 3

In stabili mercium ostentu Lutetiae Parisiorum constituto
aureum nomisma obtinuit,
eiusque possessor equestri dignitate est exornatus,
fide sic addita
praestantissimum hoc esse de re Italium opificium.

Cereas faculas ad noctem comparat Ecclesiis et familiis necessarias, plurimorum iudicio, qui per orbem universum eas acquisive-

Luminis da Notte in Cera
INFALLIBILIS

reunt, ex omni parte perfectas, quippe quae parsimoniam cum vivida luce, cum salubritate et munilitie apprime coniungant.

Involuera habentur ad 50, 25, 12, 6 faculas apta.
Vitreæ ad faculas minimo pretio veneunt.
Ad publica solemnia faculae peculiaries suppeditantur.

Res per omnes orbis regiones nullo iubentium
impedio exportatur.

VARIA

Photographica imago rerum nona-
ginta chilometrorum intervallo distan-
tium nuperrimis inventionibus comparata est.
Seitissimus vir Jarret rationem astronomo-
rum sequutus, qui siderum potiuntur ima-
gine chrySTALLINAM apponentes lentem photo-
graphicæ apparatu perfectissimo, atque hac
industria in photographicam lammam, tenebrosa
reconditam theca, longe maiornota stellæ imago
infertur, eo devenerat, ut 700 divisas metris
imagines attingeret. At plura obstabant invento,
quibus astronomi feliciter carent; scilicet in-
terpositis errantibusque in aere ob ventos exhalationibus, nebulis, fumo, pulvere, et sexcentis
huiusmodi; tum ex tremitu soli, quamvis min-
imo, quatientibus carris præsertim in urbi-
bus; tum, atque hoc rei caput ingens, quia
meridiana lux, et quidem aestate tantum, op-
portuna aptaque conficiendo operi reperieba-

tur. Omnia nunc haec devicit obstacula tri-
umphaliter; et nubilo die et pluvio rem adeptus
est dissitam circiter chilometro, currum, aurigam, equos et vel imbris decadentis guttas ar-
ripiens; novaque addens, quae sui iuris habet
abscondita, urbem, res, gentes nonaginta chilo-
metrorum spatio divisas perspicue in photo-
graphicæ retulit chartas, videndasque, potius
admirandas dixerim, protulit.

..... Tamque, arte vocante, reposos
Ostendit modo Luna sinus.

Eruditus Pickering, qui una cum L. Percival Lawel puleherrima de Marte planeta serutatus
est, in *Century Magazine*, quae a luna com-
paravit, exponit. Primo ponit in luna vulca-
nos neque demortuos esse, nec dormitare, plu-
res namque hiatus (crateres dicunt) passim op-
pleri penitus notat, plures alibi hiare, non qui-
dem enormes; at hiunt ubi non erant. Atqui

si ignes, ergo aquae; non enim sine aquarum
commixtione vulcanorum bacchantur incendia.
Atqui si aquæ, ergo atmosphera, ergo aëris;
ergo et nix in montibus illis altissimis, quibus
hispida luna est. Tamque, ratiocinium sequutus,
vehementius coepit et magis assidue perspicere
coronamenta illa candidissima, queis montium,
Alpiumque lunarium apices pulcherrime a reliqua
mole distinguuntur. Itaque comperit ea
minuti continentia vicissitudine aestiva, quae
perpetuos circa per quatuordecim dies totidem
noctes nostras urentem solis orbem hemi-
spherio lunæ imponit; modo huic, modo alio
hiemali perpetua vice, scilicet, quindecim paulo
minus diebus, candidia crescere; haec autem
omnia ad amumiss certis temporibus fieri, praeter
ea, quae inter 50° gr. borealem, et 60° au-
strallem, certis et in locis recurrent. Ergo, et
liquentibus late nivibus quum flumina orian-
tur, flumina, rivi saltem et fontes habentur, et
in declive discurrent, in lacubus et stagnis et
pelagis reperturi quietem. Ergo et vegetale illie
regnum, et, si vegetale, etiam animale. Ergo
singularis illa montium moles, quae instar stel-
lae porrigitur, Ticho Brahe, quasi Hymalaia
alter, quasi alpinum iugum illie erit, unde hinc
inde defluent sexcenta flumina..... Plurima
pollicetur egregius vir; et quae ulterius com-
pererit expectamus. Num clavis erit a luna,
quae caeli arcana recludat?...

Ioci.

Magni viri frusta quæsiti.

Litteratus vir et historicus, virorum, qui in
italicis urbibus, oppidis, vicis, pagis florissent,
condere moliebatur elenchem, ideoque dimisit
epistolæ ad syndicos municipiorum omnium,
ut nomina magnorum hominum darent, qui singulis
praestitissent in locis. Redditas inter epistles
haec una ferebat: « Clarissime vir, sin-
gulos ut gratum tibi facerem, percontatus sum in
municipio meo libros, quibus militum delectus
quotannis notatur. Nullus ex meis civibus
quam vero magnus fuit, sed pusilli statuta
omnes, utpote qui stantes intra metr. 1,55 et
metr. 1,65 semper fuerunt, neque, - a saeculo
res explorata est, - altitudinem hanc, crassitudinem
vero metr. 0,75 umquam excessit. Habe
me carum, et mediocritatem nostram diligere.
Vale! »

P. d. V.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

Leonis XIII Pontificis Maximi Natale Prae-
coniū, auctore ALSINIO PHANESTO. — Au-
gustæ Taurinorum, ex officina Salesiana, anno
MCMII.

S. Francisci, legenda veteris fragmenta
quaedam, edidit et notis illustravit PAUL SA-
BATIER. — Parisiis, apud officinam librariam
Fischbacher, 1902.

In Victorem Hugo primo ab eius ortu sae-
culo evadente (MDCCCI-MCMII). Carmen
Gabrielii Nunc latine reddidit ALAFRIDUS
BARTOLI. — Mediolani, ex aedibus Fr. Treves,
an. MCMII.

Quattuor responsoria ad solemnitatem SS.
Corporis D. N. Iesu Christi ad quattuor vo-
ces aequales. — Edid. Ptock Spiew Koscielny,
1902.

Resenay Composiciones de la Velada Liter-
ario-Musical que celebro el Seminario Conci-
iliar de Guadalajara el dia 11 de Enero de 1902.
— Guadalaxarae edid. Ancira y Hno, 1902.

Romea in libertatem vindicatae. Carme del
Prof. DEMETRIO ONDEI con la versione ita-
liana di CARLO LUIGI TORELLI. — Tbranii,
edid. V. Vecchi, 1902.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS
TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE
ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

EIBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, 87

**PROSPECTUS NOVÆ SUBNOTATIONIS
A KAL. IULIIS USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII.**

(*Vid. in secunda operculi pagina.*)

FIGURÆ URBIS ROMÆ

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSÆ

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,

venit singillatim L. **2.50**

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostræ aetati aptam institutionem iuuenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Presidente, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE

DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, neonon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis docto egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.